



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Manuale Exercitiorvm Spiritvalivm

Capilla, Andrés de

Coloniae, 1607

Quando prosperitas aliqua nobis obtigerit. Exercit. 8

[urn:nbn:de:hbz:466:1-53232](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-53232)

MANVALE.

nobis in horrore est, ita nobis infundat verum horrorem & detestationem interioris deformitatis, quam in nobis efficit peccatum.

Oblatio.

Offeremus Domino in comparabilem decorem sanctissime anime Christi Redemptoris nostri, vt eius pulchritudo animarū nostrarum deformitatem operiat.

Quando prosperitas aliqua nobis obtigerit,

Exercitium 8.

Psalm. 5. Omnia quaecunque faciet iustus prosperabuntur.

Psalm 36. Noli amulari in eo qui prosperatur in via sua, in homine faciente iniustitias.

Prou. 1. Prosperitas stultorum perdet illos.

Consideratio.

Considerabimus. Quam per exigua fiducia a nobis sit collocanda in prosperitatibus huius vite, in qua frequenter iuxta dictum sapientis, gaudium conuertitur in dolorem,

Gratia

Gratiarum actio.

GRatias reddemus Domino pro beneficio, quo nos ornat, prosperum hunc successum nobis impertiendo.

Confusio.

ERubescemus, quod, quia Dominum sæpè offendimus, nõ modo Promeriti sumus, vt aliqua in re secunda fortuna vteremur, sed potius, vt & ipsi lapides platearum aduersum nos insurgerent.

Petitio.

Obscramus Dominum, vt nos manu sua sustentet, sicq; moderetur, ne aliqua huius sæculi prosperitas ad se nos attrahat, atq; à sua diuina maiestate separet.

Oblatio.

Offeremus nos Domino ad sufferendam pro amore illius, priuationem tum huius prosperitatis, tum etiam cuiuscunque alterius terrenæ ac temporalis.